

## 1.

*Propst Gerhoch von Reichersberg teilt dem Abt Gottfried [I.] von Admont, um einen Streit zu vermeiden, mit, daß der verstorbene Erzbischof Konrad [I. von Salzburg] seinem Stift mit Urkunde die Neubruchzehenten im Pittener Wald von der Pittenau bis zum Wechsel im Gut des Grafen Ekbert [III. von Vornbach] mit Ausnahme des kanonischen Anteiles der Pfarre gegeben hat, die Erzbischof Eberhard [I.] nun in Unkenntnis der Begrenzung und irreführend von seinen Zehenteinnehmern dem Archidiakon Otakar und dann dem Kloster Admont ebenfalls mit Urkunde verliehen hat; er warnt ihn darum, durch die Annahme von fremdem Gut Unrecht zu tun, wendet sich gegen die falsche Auslegung der im Privileg für sein Stift genannten Begrenzung und erklärt sich bereit, sich diesbezüglich einem Schiedsspruch des Erzbischofs, des Bischofs von Gurk und der Pröpste und Äbte der Salzburger Kirche zu unterwerfen; abschließend ersucht er Gottfried, die Angelegenheit dem angeblich gerade in Admont weilenden Erzbischof vorzutragen.*

*[1161 Juli/August].*

*Glz. Abschr. im "Liber delegationum" Reichersberg StiftsA: Hs. 55 fol. 16<sup>r-v</sup> (B).*

*Mon. Boica 3 (1764) 431 Nr. 63 zu c. 1150. — UBLOE 1 (1852) 316 Nr. 73 zu c. 1160 = Wichner, Gesch. 1 (1874) 308 Nr. 66 zu c. 1155 = StUB 1 (1875) 367 Nr. 390 zu c. 1155. — SUB 2 (1916) 432 Nr. 309 zu c. 1155-1162.*

*Reg.: UB d. Burgenland 1 (1955) 23 Nr. 44 zu c. 1155-1162. — Van den Eynde, L'œuvre (1957) 244 Nr. 82 zu 1159/60. — Classen, Gerhoch (1960) 373 Nr. 99 zu 1159 Juni/1161 August. — Härtel in ZHVSt 67 (1976) 70f.*

*Das von Propst Gerhoch verfaßte Schreiben ist auch von ihm eigenhändig mit anderen wichtigen Briefen auf einer eingeschobenen Lage für den "Liber delegationum" abgeschrieben worden, s. dazu Fichtenau in MIÖG 52 (1938) 26.*

*Die ungenaue Begrenzung des Zehentbereiches in der erzbischöflichen Urkunde von 1144 (s. Nr. Rei 3) mit usque ad montem Hartperch in predio comitis Ekkeberti — diese Stelle in der Urkunde Konrads wurde weitgehend als Vorlage verwendet — führte schon wenig später zum Streit zwischen Reichersberg und dem Kloster Vornbach (s. Nr. Rei 5). Ein weiterer Streit mit dem Kloster Admont entstand, wie bereits Classen a. a. O. feststellte, mit den Verleihungen des Erzbischofs Eberhard an den Archidiakon Otakar bzw. an das Kloster Admont vor bzw. im Jahre 1159 (s. die Admonter Traditionsnotiz Nr. ..). Das vorliegende Mahnschreiben Gerhochs ist somit zeitlich zwischen 1159 und dem gewünschten Schiedsspruch des Erzbischofs Eberhard vom 6. September 1161 (s. Nr. Rei 14) ergangen. Der Hinweis auf den Aufenthalt des Erzbischofs in Admont, läßt den Schluß zu, daß dieser während der Reise Eberhards von Salzburg nach Friesach im Juli oder August 1161 erfolgte, zumal knapp davor der Erzbischof sich mit Zehentangelegenheiten betreffend den Archidiakon (s. Nr. V ..) bzw. Reichersberg (s. Nr. Rei 12) befassen mußte.*

Domno G(odefrido) abbati Admuntensis cenobii frater G(erhochus) de Richersperge orationes et obsequium. Quamvis peccasset rex Abimelech adversus Abraham, tamen dictum est ei a iusto et summo iudice: En<sup>1</sup> morieris propter uxorem, quam tulisti<sup>1</sup>. Et<sup>2</sup> ille: Domine, inquit, num gentem iustam et ignorantem interficies<sup>2</sup>. Nonne, ipse dixit<sup>3</sup>, soror mea est<sup>3</sup>? Et dominus ad eum: Redde<sup>4</sup>, inquit, uxorem viro et orabit pro te<sup>4</sup>. Quorsum hec? Ut tu, vir prudentissime, in simili causa tibi prospicias, nec de ignorantia te omnino arbitreris excusabilem, si rem alienam pauperi ablatam vendicabis tibi quolibet modo in possessionem cenobii tibi commissi, dei gratia copiose abundantis re rebus iuste acquisitis, ita ut non egeat rebus pauperrimo cenobio ceu cui ego pauperrimus presidere videor, subtractis et alienatis, ut mihi videtur iniuste, nisi forte causa diligenter ventilata iusticie regula demonstret aliud, quod non credo. Vis tibi manifestius aperi<sup>a</sup>, unde agam vel agere intendam. Esto ergo tam benivolus quam docilis, immo doctus auditor. Dominus meus beate memorie Chunradus archiepiscopus ea misericordia permotus, qua et Christus dixerat: Misereor<sup>5</sup> super turbam, quia iam triduo sustinent me, nec habent, quod manducent<sup>5</sup>, compassus est paupertati pauperum fratrum, quibus ipse nos preposuerat. Et quia solitus erat in dispensatione<sup>6</sup> sibi credita<sup>6</sup> erga egenos esse largus, larga manu subvenit nobis dando et per privilegium suum confirmando cunctas decimas, \* excepta canonica portione<sup>b</sup> \* plebanorum, in cunctis novalibus, que in silva Putinensi \* a loco, qui dicitur Putinowe, \* usque ad montem qui dicitur Hartperch, in predio comitis Ekkeberti vel tunc essent vel ex tunc fierent. Erat autem continuatum eo tempore predium comitis ipsius a Putinowe usque ad montem Hartperch. Sed domno meo beate memorie Chunrado archiepiscopo defuncto et domno meo archiepiscopo Eberhardo substituto, cum esset ipse ignarus terminorum presignatorum, suggestum est ei a suis decimatoribus<sup>c</sup> iniuriam sibi fieri a nobis et nostris decimatoribus. Qua de causa compellebar domno meo presentare privilegii nostri rescriptum continens loca terminorum ad nos pertinentium. In quo cum legeretur de predio comitis Ekkeberti nos collecturos decimas, ut predictum est; inde capta occasione ceperunt hoc domno meo suggerere<sup>d</sup>, ne nobis decimas ullas permetteret ultra vallem Ungaricum, eo quod illa terra licet a comite sub titulo proprietatis possessa, non esset sua, sed Ungarorum. Sustinuimus tunc illam violentiam putantes familiari ammonitione apud aures domni mei aliquod nos posse proficere ad emendationem tante iniure. At ille nimirum credulus nobis contraria suggerentibus non attendit nobis, immo ut eadem novalia nobis magis essent aliena, inbeneficiavit ea domno archidiacono Otacharo. Sustinuimus et hanc iniuriam, reputantes adhuc recuperare nos posse damnum tale per ammonitionem familiarem. Sed ubi audivimus, easdem decimas vestro cenobio firmatas per privilegium, non puto nunc silendum, in quo mihi videor gravari, ne et vos peccatis per ignorantiam et nos per negligentiam crescatque inter duo cenobia longissima querela, quod avertat deus. Potest autem facile averti et de medio tolli occasio querele, si domno meo complacuerit sui antecessoris factum pie considerare, qui non sophisticè dedit nobis privilegium super illud predium, quod a comite iam dicto iure proprietatis<sup>e</sup> tunc possidebatur. Nulla ibi erat exceptio vel terre, quam dicunt Ungarorum, vel portionis illius, quam postea domnus marchio ab ipso comite obtinuit. Si autem pertractatis, que ad rem attinent, videbitur ipsi domno meo et domno Gurcensi episcopo ceterisque Salzburgensis ecclesie presidentibus prepositis et abbatibus, quod iniusta sit querela mea, ego paratus ero ad quiescendum expectans iudicem illum, qui falli non potest, qui<sup>7</sup> et iudicium faciet iniuriam patientibus<sup>7</sup>. Non autem reputabo me vel meos iniuriam pati,

si questionem dissolverint iudices presignati. Hec scripsi vobis, ut, quia dominus meus archiepiscopus dicitur esse apud vos, cum eo prudenter ac pie pertractetis, quid facto opus sit.

---

a) *am Rande nachgetragen*    b) *B irrig partione*    c) *to über der Zeile angefügt*    d) *B irrig*  
 suggerere    e) *ta über der Zeile eingefügt*

1) En – tulisti *Gen. 20, 3*

2) Et – interficies *Gen. 20, 4*

3) dixit – est *Gen. 20, 2*

4) Redde – te *Gen. 20, 7*

5) Misereror – manducent *Marc. 8, 2*

6) dispensatione – credita *1. Cor. 9, 17*

7) qui – patientibus *Ps. 145, 5.*